

Praesidio Excellentissimi et Illustrissimi Domini Comitis Domini Francisci de Nadasd, Perpetui Terrae Fogaras, praefatorum Regnorum Bani, eorundemque Confiniorum Colapianorum et Vunanorum Supremi Capitanei, Sacratissimae Caesareo-Regiae et Apostolicae Majestatis Actualis Intimi Consiliarii, Camerarii, Generalis Campi Mareschalli, unius Legionis Equestris Ordinis Militiae Hungaricae, duorum item Pedestrium et unius Equestris Regiminum Banalium Colonelli, Comitatum Comaromiensis Perpetui, Albensis vero Supremi Comitis, nec non Ordinis Militaris Regio-Theresiani Majoris Crucis Equitis, et Tabulae Banalis Legalis Praesidis, Zagrabiae, 3. et sequentibus Mensis Julii Anni 1760 diebus celebrata Congregatione conclusi.

(Caeteris exmissis.)

Articulus Sextus.

De partibus Maritimis Comitatus etiam quoad Judicialia subijciendis.

Quod Sua Majestas Sacratissima vigore Benigni sui, die 12. Mensis Junii ad Suam Excellentiam Dominum Comitem Banum emanati Mandati, inter alia illud etiam clementer resolvere dignata sit, ut Buccarensis Bancalis Administratio praescripto Articuli 52. 1741. adamussim semet conformare debeat, humillimas profunda in submissione Domini Status et Ordines gratias reponunt.

Originale in Archivo Regni Croatiae.

1761. MENSE JANUARIO. VARASDINI.

Articuli Generalis, Anno 1761, 8. et sequentibus Mensis Januarii diebus, Varasdini, celebratae Congregationis.

Acta et Articuli Inclytorum Dominorum Statuum et Ordinum Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae, in Generali Eorundem, ex Edicto et sub Praesidio Excellentissimi et Illustrissimi Domini Comitis, Domini Francisci de Nadasd, Perpetui Terrae Fogaras, praefatorum Regnorum Bani, eorundemque Confiniorum Colapianorum et Vunanorum Supremi Capitanei, Ordinis Militaris Regio-Theresiani Magni Equitis, Generalis Campi Mareschalli, unius Legionis Equestris Ordinis Militiae Hungaricae, duorum item Pedestrium et unius Equestris Regnorum Banalium Colonelli, Sacrae Caesareae et Regio Apostolicae Majestatis Consiliarii. Actualis Intimi Camerarii, Comitatum Comaromiensis Perpetui, Albensis vero Supremi Comitis, et Tabulae Banalis Legalis Praesidis, pro